

August Varenius Johannes Engel

**Collegii Isaiani Partis III. Disputatio XV. De Messia Confirmato, Contra querelam frustrati laboris in Israele constitutoq[ue] Ut sit Lux Gentium, Servator Mundi, Ex Cap. XLIX. tm. 4. 5. 6.**

Rostochi[i]: Richelius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774770686>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 17.Juni 1665

Varenius, Aug. /B







COLLEGII ISAIANI  
PARTIS III.  
DISPUTATIO XV.

2  
33

DE  
**MESSIA**

CONFIRMATO,  
Contra querelam frustrati laboris  
in Israele constitutoq;

*Ut sit*  
LUX GENTIUM, SERVATOR  
MUNDI,

*Ex Cap. XLIX. tm. 4. 5. 6.*

*Quam*  
כֹּהֵן יְהוּדָה הַמְּשִׁיחַ  
PRÆSIDE

**AUGUSTO VARENIO,**

SS. Theol. D. & Theologo Professore, Consistorii  
item Serenissimorum Ducum Assessore, Collegii  
Theol. h. t. Decano & Academia Rectore.

ad *Cygnorum* Academicam proponit

**M. JOHANNES Engel/**

Svevo Colonienfis.

*Ad d. XVII. Junii, hor. ab 8. matutin.*

*in Auditorio Academico Mesofelen.*

☉ : ) ( o ) ( : ☉

ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

ANNO c1c lcc LXV.

1665

Universitäts-  
bibliothek  
Rostock

VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis,  
Excellentissimis, Prudentissimis, Specta-  
tissimisq;*

DOMINIS

CONSULIBUS,  
SYNDICO,  
CAMERARIIS,

*cæterisq;*

SENATORIBVS,  
inclytæ Electoralis Reipublicæ  
COLONIENSIS ad Spream,

DNN: PATRONIS AC PROMOTORIBUS  
fuis impensè colendis,

*Observantiam & multam salutem.*



Disputationum publicarum in-  
credibilem esse utilitatem & ad veri-  
tatem inqvirendam, & ad notitiam  
rerum facunditatemq; comparan-  
dam, nemo, opinor, NOBILISSI-  
MI DNN. PATRONI, micâ tan-  
tùm sanæ mentis præditus in dubium  
vocaturus est. Et hoc etiam non ignoravit Quintilianus  
lib.1.

lib. 1. cap. 2. dùm bonis artibus operam navantes adhortatur, ut secreta sua studia, è domesticis latebris in lucem proferant, quæ alioquin in solitariâ, & tanquam umbratili vita, aut langvescere, aut quendam velut in opaco situm ducere, aut contra tumescere inani persuasione solent. Hâc adhortatione perpensâ me rectè facturum arbitratus sum, si & ego aliquando studiorum meorum specimen Theologicum in publicam exhiberem lucem. Quod verò hoc ipsum specimen Vestro in nomine appareat, in causa est præclarissimum Vestrum studium, quod in promovendo Rei literariæ commodo indefinenter impendere soletis, sincerus item animus veritatis cœlestis cupidus. Quibus accedit singularis benevolentia erga me affectus, quem tùm olim cum exercitium Philosophicum VOBIS subjectissimâ animi devotione dicarem, mihi exhibuistis, tùm etiamnum exhibetis, Vosq; non obscurè studiorum meorum Mœcenates & Promotores offertis. Accipite igitur illud benevolo vultu affectuq; accepto: Æstimate id ipsum non ex mole exigua; sed ex animo, quo exhibeo in *Vestrorum* cultum devotissimo. Valete & vivite, *Patroni ac Promotores magni*, Ecclesiæ & Reipublicæ bono diutissimè, felicissimè. Scrib. Rostochii die IX. Junii Anno 1665

*Vestras Magnif.  
Nobil. & Ampl.*

*subjectissimè colens  
& devenerans*

**M. Johannes Engel.**





*Ad Clarissimum*  
DN. RESPONDENTEM,


*Amicum dilectum.*

**Q**uid longos querimus, duros & in orbe labores  
& quam non votis convenienter eant?  
Si DEUS ipse tonat: FRUSTRA vaneq; LABORO.  
Quam meus in tenui messe laborat Amor!  
*Judicium DOMINO, DOMINUS jubet ipse relinqui.*  
Sat, cœlo nostrum si benè constet opus.  
Hæc tibi materies constat sanctissima palmis.  
Immemor haut poteris Nominis esse Tui.

*Honori & amori quod debuit*

L. M. Q.

AUGUSTUS VARENIUS,  
Colleg. Theolog. b. t. Decanus,  
& Acad. Rost. Rector.



**A**ngulo in obscuro non Angele Clare latere  
Amplius intendens, lucis aprica petis.  
Præsidio Augusto fretus, resonare docebis  
Fatioqvi Cathedram, Cœlica scita, Viri.  
Angelus hinc albus merito es, non ater habendus,  
Qvi secus extulerit, næ fua ille niger.

*Gl. Dn. M. Angelo, Domestico & Convictori suavissimo*

*sub Præsidio Magnifici Dn. Rectoris*

*publice Disputanti*

*sic applaudit*

Jochimus Stindemann,

*Archidiac. Marianus.*

(o) 90

# MESSIAS

In causâ frustrati laboris appellans  
Ad DOMINUM DEUM,

*Et sic*

per conscientiam, officii absolutissimi, & operis Mediatorii  
in personali etiam apud consanguineam gentem  
ministerio consumatissimè peracti

Confirmans seipsum

*Isa. 49. v. 4.*

Concl. I.

**A**dmirabile Servatoris, ex specialissimâ Dei Patris ordina-  
tione vocati, missiq; ut in consanguineâ gente sibi servus  
esset, & Israelis gloria, dictum est, qvo per אַרְיִבְתֵּנוּ patheti-  
cam, absolutissimæ suæ officiali operationi, prodigiosam  
opponit Israelis, Consilio suæ conversionis cœlesti, onerosissi-  
moq; Messiaë ministerio, ad blasphemam usqve contradictionem  
resistentis, rebellionem, consumataq; Messiaë functionis, qvo ad  
applicationem apud longè plurimos, frustrationem. Inde illud אַרְיִ-  
בְתֵנוּ. Clamat Servator אֲנִי יָגַעְתִּי i. e. ad lassitudinem vel fatigationem  
usque laboravi. Sed quis eventus apud Judæorum longè plurimos?  
Respondet רִיק i. e. inanis, s. adeo tenuis, ut clamare liceat: In  
vanum, vel Frustra laboravi. Et iterum: כָּחַרְתִּי כָל־יָמַי i. e. omnes vi-  
res consumpsi, consumatissimè conversioni meæ gentis impendi. Sed  
quis proventus? Respondet ipse תָּהוּ וְהִבַּל i. e. inanitas & vanitas  
in comparatione scil. longè maximi molestissimiq; Messiaë laboris, &  
in hac gente reproborum multitudinis seu numeri majoris, sic de  
Judæis dicere licebat Servatori, specialissimè missio nonnisi ad  
oves perditas domus Israelis, & suæ gentis Apostolo.

Gg

Concl. z.

Concl. 2. Messiam laborantem in curriculo Personali Prophetico, legere licet in Breviario Petrino Act. 10, 37. & quoad ipsos in primis Hierosolymitanos in Epiphonemate Messia Oratoris pathetico Matt. 23, v. 37. unde facile legitur vox illa Servatoris: **FRUSTRA LABORAVI.** Et sic Ministerium illud MESSIAE nationale, s. ipsius personæ Christi immediatum apud totam nationem, definit in morte crucis, etsi frustratio illa vix unquam conspectior, quàm ubi percussio pastore dispergebantur oves, post resurrectionem demum congreganda Sach. 13, 7. Matt. 26, 31. 32. Ipsi etiam Apostoli, ad unum omnes, prout Servator prædixerat, tempore passionis & mortis sunt scandalizati, ut rectè Origenes hom. 17. in Lucam nec Apostolorum ullum, nec ipsam Mariam Matrem Domini eximat, & ipsi Scholastici Alex. Al. Joh. de Turrecr. Abulensis, solà Marià exemità, fidem resurrectionis denegent Apostolis in illo intervallo, cui sententiæ, quoad Apostolos, cum certa scripturæ lux præfulgeat Matt. 28, 17. c. 26, 31. 34. Marci 16, 11. 13. 14. Luc. 24, 11. 41. Joh. 20, 25. contradicentibus Bellarminus, non potuit non sibi ipsi contradictoria scribere. Scilicet, Scholasticos illos interpretatur de fide explicità, unde non sequatur, quod in Apostolis fuerit error, vel infidelitas, quæ est vacillatio deliberata, imò, inquit, non est probabile, Apostolos fidem amisisse: ipsa fides Petri, etsi non permansit in ore, permansit tamen in corde. Et tamen idem non solùm Catholicis quibusdam tribuit hoc dogma, quod in passione Domini non manserit vera fides, nisi in sanctissimâ Virgine Mariâ, idè, significetur unâ illâ candelâ, quæ sola accensa conservetur in triduo ante Pascha in officio nocturno: sed &, piè inquit, creditur, in SOLA Mariâ fuisse in illo triduo fidem explicitam resurrectionis: quia ipsi Apostoli vacillaverunt circa fidem ex occasione Dominicæ passionis. Vid. Bell. l. 3. de Eccl. mil. c. 17.

Concl. 3. Prout in intervallo resurrectionis & ascensionis, omni populo Christus non apparuit: ita nec officii Prophetici partes, pari, quâ ante mortem, immedatione in suâ gente peregit. Non apparuit scil. præter apparitiones foemininas s. Mariæ Magdalene Marc. 16, 9. Mulieribus cunctis à monumento reversis Matt. 28, 9. 10. factas, nisi Apostolis & coeteris Discipulis, sc. (1) Petro Luc.

24. 34.

4, 34. (2) Discipulis Emauntinis viatoribus Marci 16, 12. Luc. 24. 13. (3) Apostolorum Collegio & absente Thomá Joh. 20, 19. & præsente Joh. 20, 26. & post has in *Judaá Hierosolymitaná* apparitiones, in Galilzâ non nisi (4) *Septem discipulis* Joh. 21, 2. (5) 500. *Fratribus in monte* 1. Cor. 15, 6. Matt. 28, 10. 16. (6) *Jacobo Fratri Domini*, futuro, deinceps Episcopo Hierosolymitano 1. Cor. 15, 7. Act. 15, 13. c. 21. 18. Gal. 1, 19. c. 2. 12. denique in ipsis Hierosolymis ipso die *Ascensionis*, novissimè τῆς ἐνδυσκῆς, cunctiq; adeò tunc *Apostolis* apparuit, iisdemq; ad Bethaniam usque intervallo *via Sabbathica* (Hebræi vocant *הַכְּנֶסֶת הַשַּׁבָּת* & per 2000. *subitos* s. *passus mediocres* describunt, etsi Syrus non nisi 7. *stadiis*) eductis, *solemni benedictione* pacem suam reliquit, ipse tunc, *videntibus Apostolis*, sursum *receptus in caelum*, & exinde *sedens ad dextram Dei* Luc. 24, 49. 50. Act. 1, 4. Marc. 16, 19. Apparet facillè, quare in hâc dierum *quadragenâ* peculiariter & eminenter fuerit non ἀπέννομεν & ὀλιζόμεν s. *familiaris*, quantum permittebat status *Gloriæ*, *conversatus*, cum ipsis *Apostolis*: Quare non *comederit* solum & *biberit* cum *Apostolis* in illo intervallo: sed & *ad manuum, pedum, lateris contrectationes*, ipsosq; *clavorum vel lancea typos* palpandos admiserit eisdem, Thomam præprimis, ut sc. qui jam erant *περὶ κληρονομήν μάρτυρες*, & adeò *testes* esse debebant *resurrectionis*, in orbe *Judaorum & gentium*, plenissimè ad evidentiam *sensualem* usque confirmarentur de *veritate* futuri sui *Ministerii* vel *præconii*, unde, præterquam, quod *Petrus* ad definitionem *Apostoli* propriissimè sic dicti requirit *characterem visionis*, s. quod debeat esse *testis oculatus resurrectionis Christi* Act. 1, 22. *Servator* ipse sic acclamavit *Apostolis*: *Vos eritis testes horum!* Luc. 24. 48. Et, quia *testes* esse debebant in *præconio potentissimo Catholico*, proinde induendi erant *virtute ex alto*, & quia *Baptismus* hic *Spiritus S.* in ipso *solemni Pentecostali*, nec nisi *Hierosolymis*, *Apostolis* obventurus erat, proinde *residere* debebant *Hierosolymis*, *usque dum acciperent à Servatore promissum Patris* vid. Luc. 24. 49. Atque sic, postquam *receperant virtutem supervenientis sancti Spiritus*, debe-

bant esse *θεσθρωπων* resurgenti, ac in altitudinem ascendenti  
*restes*. (1) Hierosolymis (2) in totâ Judæâ (3) Samariâ. (4) Usque  
 ad ultimas Gentium terras Act. 1, v. 8. Apparet inde, licet Servator  
 partes officii Prophetici, post resurrectionem non exercuerit,  
 immediatè Judæis, & Hierosolymitanis inprimis, prout olim,  
 prædicando: exercuisse tamen immediatè quoad ipsos Apo-  
 stolos, quos potestate peccata pœnitentibus remittendi, contu-  
 macibus detinendi, instructos, misit prædicaturos Evangelium o-  
 mni carni, salvo tamen Hierosolymitanæ primitatis vel ordinis  
 beneficio Joh. 20, 22. Luc. 24, 47.

Concl. 4. Prout à Servatore jussum: sic ab Apostolis est fa-  
 ctum. Marc. 16-20. Et ita Apostoli ad exemplum mandatumq; Chri-  
 sti, ipsi quoque ad fatigationem usque laborarunt, robur & vires omnes  
 Judeorum conversioni impenderunt: cœterum nec alio, quàm Ser-  
 vator ipse fuerat expertus, eventu. Inde illud Apostolorum Act.  
 13, 46. *Vobis Judæis oportebat primum predicari: sed postquam vos  
 repudiatis sermonem, & vos non dignos judicatis aeternâ vitâ, ecce con-  
 vertimur ad gentes!* Nec enim graviores hostes in hoc officii Pro-  
 phetici universalis exercitio Christus est expertus, quàm quos o-  
 lim in Ministerio circumcisionis personali, quorum indolem Paulus  
 1. Thess. 2, vers. 14. 15. 16. expressit, prout indolis illius vesti-  
 gia longè plurima Lucas in actis cap. 12. cap. 13, 50. c. 14. 2. 5. 19.  
 c. 17. 5. 13. c. 18. 6. 12. & jam inde à c. 21. ad finem ferè libri designa-  
 vit, ut vel sic constare possit, quomodo, non obstantibus quibus-  
 dam conversorum myriadibus Act. 21, 20, intonare nihilominus  
 potuerit Servator, utriusque Ministerii, tum sui, tum Apostolici  
 respectu: *Frustra laboravi, vanè & inaniter vires meas consumsi.*

Concl. 5. Inter hæc enthymemata *frustrati laboris*, firma-  
 mentum Messia, fuit, quod eloquitur ipse: *veruntamen* *יְהוָה* (omnino  
*vamen*) *judicium meum* (i. e. specialissimo Consilio vel judicio cœ-  
 lesti mihi demandatum, administratumq; à me officium) *est penes*  
*JEHOVAM, & opus meum* (opus officiale, s. quicquid in illo officio per-  
 egi ipsaq; operis retributio s. merces mea, sic enim subordinare licet  
 hanc significationem *יְהוָה* quæ datur alicubi vid. Lev. 19, 13. Je-  
 rem: 22.

tem: 22. 13.) *penes Deum meum.* Atque hoc aded respectu non est לריק, non לתהו non להבל i. e. *non frustra, non vanus, non inanis.* Non aberravit à literâ R. Abrabinel ita *אני הייתי מעג. פג. צו* כלי ואמצעי בין השם ובין העם ועם היורה שמצד העם שהייתי שלוח אליו היורה פעולתי לבטלה הנרה בכחינת השולח כיון שקיימתי מצותו ומאמרו לנתי היורה פעולתי לשונו!  
 i. e. *Ego sui instrumentum & Mediator inter Deum & populum: licet autem respectu populi, ad quem sum missus, vanus fuerit labor meus, tamen respectu Dei mittentis frustra vel vanus haut fuit, quandoquidem demandati mibi muneris omnia peregi.*

Concl. 6. Non satisfaciunt, qv̄i *judicij* vocabulum per PACTUM hic explicant, & operis per *satisfactionem*, qv̄a sc. *testetur Christus, illi pacto à se fideliter esse satisfactum.* Non negatur inter Deum Patrem & Filium Mediatorem Christum intercessisse pactum glorificandi reciprocum, qv̄od Servator ipse Joh. 17, 1. 4. 5. 6. enunciat: nec obscurum, qv̄omodo Pater glorificaverit Filium *θεσάνθησαν* *μου*, tum jam inde à nocte natali, per Angelos, Hominesq; testes nati Domini, Servatoris, luminis ad revelationem gentium, tum jam inde à baptismo, quando publicum Doctoris inter Judæos munus e staggessus, auditâ de caelo voce, ipsoq; Spiritu S. super Christum in corporali Columbæ specie descendente, imò vel in ipsâ cruce, per admiranda, qv̄ibus caelum, sol ipse, terra parentavit Domino gloriæ crucifixo, imprimis autem jam inde à resurrectione, & ascensione gloriosâ, ex qvo scilicet *superexaltavit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen* vid. Philip. 2, 9. 10. Nec dubium, qv̄in Pater, prout requisivit gloriam Filii, & judicavit in Judæis rebellibus: ita etiam nunc *quærat & judicet* Joh. 8, v. 50. Nec, qv̄in illud *judicium* æqv̄e ac officium sit Christo gloriosum: cæterum ad illud *glorificandi* pactum hic provocare Filium, & illud intelligi per *שפט* s. *judicium*, non est sententia, qv̄a à textu offertur: sed extorqv̄etur, ut taceamus hypothesin non satis constantem, ac sicut voces in v. 3. *כך נתפאר כן הנה* sint *Dei Patris ad Filium, & aded de Filio glorificante Patrem.*

Gg 3

Concl. 7.

Concl. 7. Minus assequuntur Prophetæ sensum, qui talem hunc proponunt: *Licet labor meus sudor meus sanguineus, & officii peracti partes frustra fuerint apud longè plurimos & inanis ac despectus habitus labor operosissimus, tamen in iudicio divino severè examinabitur, ut adeò sint Oratoris Christi comminantis, quod talem tantumq; laborem vilem voluerint apud se despectumq; habere, ac si dicat: Futurus est Deus Judex, qui severo examine expendet, quo sint illi supplicio digni, apud quos iam grande beneficium, tam eximium opus tam vile fuerit.* Cæterum licet hæc ratione consonaret ipsa sententia siue lacrymis Christi Prophetis Luc. c. 19, 41. 42. siue verius illis minis Dominicis de relinquendâ Judæis domo desolatâ, & anathemate percutiendâ terrâ Matth. 23, 38. Malach. 4. ult. Matth. c. 3, 12. non satis tamen convenit Messiam servum Domini, sic à querelis frustrari laboris ad minas ascendere, ut innovissimis pœnis Israelis quarat ultionem subvocibus *Judicij sui, Operis sui.* Nec exinde quod dicatur esse apud DOMINUM DEUM, sequitur Messiam velle, esse apud DOMINUM DEUM ex voto Messie, per modum vindictæ vel ultionis sumenda.

Concl. 8. Proprius Hieronymus ita exponit, quod Christus suam causâ iudicio divino permiserit examinandam, ut publico constet iudicio, quemadmodum in dato sibi negotio strenuè ac fideliter laboraverit, & adeò per se non steterit, quò minus Israelitæ, ad quos præcipuè missus est, salutem consecuti fuerint, qui ad unum omnia, quæ à Patre in mandatis habuerat, cumulatè compleverit, & quàm verissimè dicere potuerit: *Opus consumavi, quod dedisti mihi Joh. 17. 4. vel in cruce clamare: Consumatus est Joh. 19. 30.* Quia sc. vidit *ὅτι ἤδη πάντα τέλει ἔσται* vid. ibidem. v. 28. Benè hæc habent, modò intelligatur per *עָבַד* ipsum officium Messie, & per *עָבַד* Opus officiale, non exclusâ operis mercede, ideoq; tam officium, quàm opus dicatur esse apud *יְהוָה* & Deum Christi, non solum per modum iudicantis s. pro fidelitate Messie pronunciantis: sed & ipsi Messie laboris operisq; fructum inter ipsos Judæos, procurantis, etsi non apud illos, apud quos laboravit *עָבַד*, tamen apud alios eadem gente, etsi numero tantoq; labore minores.

Concl. 9.

Concl. 9. Ex aureolo hoc Servatoris tum positivè tum E-  
 fenchicè probatur (1) Meriti totiusq; satisfactionis & *mediationis*  
*Christi & veritas & universalitas*, quia *laboravisse* se dicit Servator &  
*omnes vires impendisse* saluti etiam illorum, apud quos non tranſi-  
 ille *labor Messie* in ultimam efficaciam. Illud non absolvi-  
 tur solâ meriti sufficientiâ: sed & formali efficientiâ, etsi conse-  
 quenter & quoad intentionem applicationis non absolutâ, qua-  
 tenus absolutum opponitur ordinato, tamen, *absolutâ*, quatenus  
 absolutum opponitur *imperfecto*. Consonant loca in quibus  
*mortuus* Christus dicitur etiam *pro illis qui pereunt, & ipsos abnegan-*  
*tes, sibiq; ipsis æternum exitum superinducentes, mercatus, sanctificasse*  
*suo sanguine, profanum ducentes, imò pedibus concalcantes sua redem-*  
*tionis* *λύτρον* s. sanguinẽ Testamenti Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 11 Hebr. 10,  
 29. 2. Pet. 2. 1. dedisse seipsum *ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων* 1. Tim. 2. 6. *σε-*  
*αὐθρώπων* prout ex v. 1. 4. necessariò repetendũ in v. 6. esse *ἰλασ-*  
*μὸν* non solum pro nostris: sed etiam pro totius mundi peccatis; 1. Joh.  
 2, 2. (2) Ipsius Christi, in quo totum divinum propositum, &  
*ἐνδοξία* Patris quasi reposita fuit, plenaria omnes servandi voluntas,  
 quia non tantum *laboravit*, & vires impendit in redemptionem illorum,  
 qui consequenter actu servantur: sed & in illos, qui à saluari-fructu  
 ultimato suâ incredulitate se excludunt. (3) Absolutissima Media-  
 tionis Christi integritas, quia Christus *ὡς* s. operosè ad lassitudinis  
 usque & infirmitatis experientiam *laboravit*, vires suas omnes impen-  
 dit, nullumq; adeò coadjutoribus vel supererogatoribus, nullum  
 meritis sanctorum in thesauro Ecclesiæ pœnitentibus applicando  
 locum reliquit. 4. In negotio reconciliationis, ipsius impetra-  
 tionis universalis ac absolutæ, conjunctæ cum applicationis gra-  
 tiosâ, serâ, nec minus universali etsi ordinatâ intentione, ipsiusq;  
 actualis applicationis, velut particularis ac ordinatæ, distinguen-  
 dz, necessitas. Non solum *laboravit* Christus in officio sacerdoti-  
 li absolutissimè, seipsum, per mortem crucis offerendo, plenissi-  
 meq; pro omnibus peccatoribus satisfaciendo: sed & in officio  
 Prophetico, *ad fatigationem usque laboravit, robur consumatissimum*  
*impendit* applicationi suorum meritum, & per hanc conversionẽ  
 illorum



illorum etiam, apud quos Messiã sacerdotalis Propheticusq; labor frustra fuit, vel sine obtento effectu ultimo, imò apud quos fuit לַתְּרוּ וְרֵבֶרֶךְ s. vanus & inanis tantus labor Messiã. Voluit Christus, pro quibus mortuus erat, quos per mortem Deo reconciliavit, applicatione sui sanguinis justificare, ab ira futurâ servare. Voluit Deus Pater his reconciliatis cum Christo omnia donare: ac inde labor hic Messiã Propheticus cum consumptione virium conjunctus, qui totus occupatur circa reconciliationis applicationem: sed apud longè plurimos לַתְּרוּ s. frustra. Probatur 5. Prævisionis divinæ, quoad futurum laboris Messiã apud quosdam fructum, infallibilitas, & à Consilio reconciliationis divino inseparabilitas. Messias servus Domini, non obstante quadam frustratione certus nihilominus est de suo מְעַלְמֵי s. operis sui fructu apud Deum Patrem reservato. Neque ergo per nostrum dogma distinguendæ impetrationis, & applicationis sequitur vel (1) consilium Dei de Christo constituendo in Servatorem mundi fuisse unversaliter (quoad efficientiam ultimam salutarem) frustrabile & infirmum. (2) Fœdus cum Christo initum non esse ratum. (3) Preces & promissiones Christi circa fructum mortis fuisse vanas. (4) Christi mortem esse separabilem ab ejus intercessione, qua sit in cœlis. (5) Christum potuisse esse Regem sine ullo gratia regno, patrem eternitatis absque filis, caput absque corpore, sponsum, absque sponsâ, semen mulieris, sine contrito capite serpentis, Servatorem absque servatione, q̃valia מֵיִסְמָעֵל. Remonstrantibus in hoc dogmate, ipsiq; nostro dogmati non אֵלֵינוּ אֵלֵינוּ, AMESIIUS tribuit, de quibus alibi ex professo agendum.

## II.

MESSIAS Interpres & Orator Consilii divini

*De se posito*

In LUMEN GENTIUM.  
Et SERVATOREM MUNDI.

C. XLIX. memate s. 6.

Concl. I.

DICTO illi primario, quod habetur v. 3. contradistinguitur  
DICTUM secundum in v. 5. NUNC autem dicit DOMINUS,  
ubi per

ubi per illud  $\eta\upsilon\upsilon\iota$  seu NUNC, refertur dictū patris secundum ad primum, velut occasione superioris dicti, vel potius intercedentis & effectum minū respondentem designantis, dicti Messiae ad Patrem, prolatum. Atque adeo inter dictum Dei ad Filium primum & secundum, intercessit factum dicto Servatoris expressum, quod occasio fuit, ut DOMINUS, qui dicto primo MESSIAM destinaverat in *Israhelis gloriam*, nunc destinaret in *Lumen & salutem gentium Catholicam*, postquam scil. legationis illius nationalis adeo tenuis Messiae dabatur proventus & fructus, ut exclamaret: *Frustra laboravi* v. 4. proinde, qui olim dixerat: *Tu, o MESSIA, Servus meus eris, ut in te o Israhel me gloriosum praebeam*, v. 3. NUNC, postquam frustratus in hac gente numero majore, tantus labor Messiae, sic DICIT DOMINUS.

Concl. 2. Respeccus ille ad dictum primum, ab ipso Christo, *ariusq.* dicti patris praecone, magis etiam designatur per recapitulationem vel  $\epsilon\pi\alpha\nu\acute{\alpha}\lambda\upsilon\psi\iota\varsigma$  superiorum in subiecto dicti secundi v. 5. Nunc autem dicit DOMINUS, qui (1) formaverat me inde ab utero (repetantur hinc dicta de vocatione nominali uterina v. 1. de dispositione Messie in gladium acutum, nitidamq. sagittam & absconsione ejus in pharetra v. 2.) qui (2) formaverat, ut essem servus sibi (& quidem servitute nationali, Patribus promissa, & propter veracitatem divinam jure pacti praestanda) ut reducam Jacobum ad ipsum, & Israhel congregetur ei (quale mandatum dederat in dicto 1. v. 3. cui dicto licet non responderit apud Israhel Christo aggregari nolentem tantus proventus, quantum debebatur ingenti labori, quin potius apud multos frustra, vanusque fuerit, & vilissimè labor habitus, tamen aliter habuit in judicio divino, quippe) & gloriosus sum in oculis DOMINI & DEUS meus fuit robur meum (quia sc. osstium meum ipse judicio divino fuit probatum, in quo mihi fuit impositum, proinde in eodem quoque glorificor, & in ipso opere, cujus merces digna Deo meo reservatur, ipsum Deum adiutorem robustum experior conf. v. 4. cum hoc m. 2. v. 5.) atq; sic omnia v. 5. pertinent ad modificationem subiecti dicentis ejusdè in dicto 1. v. 3. & dicto 2. v. 6. & nexum Consilii hujus de Messia ordinato in lumen gentium, & Servatorem mundi, cum consilio illo superiori de missione Messiae personali ad Judaeos, unde post illam superioris legationis reassumptionem in subiecto dicti

2. & hujus ad eò termini accumulationem in v. 5. iteratur jam illud **וַיִּמְנַח** Ille sc. **DOMINUS**, qui in legatione 1. dixit id quod habetur v. 3. dicit nunc id quod habetur v. 6.

Concl. 3. Ipsum ergò nunc dictum sequitur, sed in quo pariter inculcatur, quam jam bis notavimus in signo dicti s. v. 5. *relatio ad dictum 1. seu legationem illam Messie nationalem Judaicam, minoremq; in hâc gente missionis suæ fructum. Inde ergò dictum DOMINI ad Messiam secundum ita habens: v. 6. Leve est (sic leve, vel, licet sit proventus tenuis) ex illo quod fueris mihi servus ad erigendum tribus Jacob, & reducendum custoditos Israhel, (neque tamen propterea operi merces deerit, quin, non solis Judæis te Servatorem destinavi: sed) etiam posui te in Lumen gentium ut sis salus mea, usque ad extremitatem terræ.*

Concl. 4. Quoad dubia Prophetica exegetica, nobile quassum datur de lectione in v. 5. ubi כתיב scripti textualis habet לִי ut sit: *Israel non congregabitur*: at lectio marginalis, quam קרי vocant, habet לו, ut sit: *Et Israel aggregetur ei*: quæritur, *quam ex his diversis præferenda lectio?* Est hic locus unus ex illis, de quibus notavit Masora ad Lev. II, 21. לו וקריין לא כתיבין i. e. XV. *loci sunt, in quibus scribitur in textu לִי quod habendum pro לו*. Ex his tria sunt in Isaia sc. præter hunc, Isaia c. 9, 3. & c. 63, 9. in quorum primo & secundo, Chaldaus & Græci Interpretes secuti sunt תו קרי seu lectionem marginalem: prout in tertio expresserunt *scriptiōnem textualem* s. תו כתיב (quæ de re videbitur infra, prout de loco primo actum à nobis jam supra ad c. 9.) Tria pariter exempla dantur in lege Exod. 21, 8. Lev. II, 21. c. 25, 30. In quibus & Chaldaus, & LXX. Interpretes & Vulgatus sequuntur תו קרי seu lectionem marginalem. Sic 1. Sam. 2, 3. textualis lectio habet לו וקריתו marginalis autem לו וקריתו: quam sequitur Vulgatus, reddens: *DEUS scientiarum Dominus & IPSI præparantur cogitationes*. Apertè ad eò expressit lectionem Masorethicam, nec minùs & Chaldaus & Græci secuti sunt hic תו קרי. Reddiderunt hi: Θεὸς γινώσκων Κύριος, καὶ οἱ Θεὸς ἐπιμαρτυροῦν

τὸ Ἰσραὴλ αὐτῶν. Sic 2. Sam. c. 16, 18. ubi cum כתיב sit  
 לֹא אֶהְיֶה, non ero, lectio Masorethica habet לו אֶהְיֶה i. e. illius  
 ero, qvam sequuntur Chaldaeus LXX. αὐτῶ ἵσταναι, Vulgatus: nec  
 minus 2. Reg, c. 8. 10. ubi responsum Chasaelis pro Benhadad Re-  
 ge Damasceno datum abs Elisæo in scriptione habet אֶמַר לֹא חַיִּיהָ,  
 תחיה quod in editione posteriori expressit Junius: DIC non vi-  
 vendo vives. At Chaldæus, Græci, Vulgatus constanter secuti le-  
 ctionem Masorethicam reddiderunt, juxta קרי quod est, אֶמַר לו:  
 Dic ei, vivendo vives, etiam magnus noster Lutherus: sage ihm/du  
 wirst genesen: quomodo sanè Chasael ipsi Benhadado responsum  
 Prophetæ intimavit v. 14. Dixit (Elisæus) mihi: omninò vives (re-  
 valesces) Neque verò ex morbo illo Benhadad mortuus: sed mor-  
 te violentà, per injectam strugulam humidam ab ipso Chasaele jam  
 Propheticà voce successore designato, nec tempus mortis natura-  
 liter profluxurum expectaturo est oppressus s. extinctus v. 15. atqve  
 sic ipse Chasael accelerare Benhadados fatum voluit, quod Pro-  
 pheta post responsum formale enunciandum Benhadado, ipsi  
 Chasaelis personæ sine mandato referendi designavit v. 10. וְהָרַאנִי  
 יָמוּרָא אֲבֵר דֵּר הַמַּלְאָכָא חַרְמִיר גֵּזֵיגֵיגֵי דַּבְּרִי עֵר דֵּבֵר  
 Todes sterben wird. Sic Esræ 4, 2. LXX. & Vulg. sequuntur קרי. seu  
 lectionem Masorethicam לו אֶמַרנוּ וְכָחִיר αὐτῶ ἵστασμεν:  
 ἡμεῖς Vulg. Et nos sacrificavimus victimas Jun. autem in edit. post.  
 Non sacrificamus & Luth: Wir haben nicht geopfert. Non sacrificavi-  
 mus alteri: sed sacrificavimus ei, Deo sc. vestro. Sic Job: 6. 21. alij  
 כתיב sequuntur quomodo post Chaldæum Junius Nunc, qui fui-  
 stis, non estis, alij קרי quomodo præter Vulgatum Lutherus Ps. 100.  
 3. ubi Masorethicam lectionem s. קרי quod est לו אֶמַרנוּ sequitur  
 post Chaldæum Vulgatus: Ipse fecit nos & ipse sumus: textualem  
 Græci interpp. & noster Lutherus: Er hat uns gemacht) und nicht  
 wir selbst. At Prov. 19, 7. omnes ferè Metaphrasta præferunt τὸ  
 כתיב s. lectionem textualem. Sic Prov. 26, 2. ipsum כתיב seu  
 textualem sequitur Chaldæus, & editio Græca τῶν LXX. qui red-  
 dunt satis ad sensum: ἀεὶ ματαία σὺν ἐπιλεύσται ἄδενί, quod

quod rotundè Lutherus: *Ein unverdienter Gluck trift nicht.* At Vulgatus sequitur marginale Masorethicum: *sicut avis ad alta transvolans, & passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.* Sic 1. Chron. ii. 20. Junius utrumq; copulavit: *Non fuit ei nomen inter illos tres.* Vulgatus & Luth. Masorethicum marginale seu קרי quod est ולי expressit: *Ipse erat inter tres nominatissimus, Et war unter dreyen berühmte.* Ita sc. habet numerus locorum XV. quibus non bonâ satis fide ab Ariâ Montano adduntur exempla ex Ps. 139, 16. Job. 41, 3. in quibus nec interpretes ullam significant Marginalis & textualis lectionis diversitatem.

Concl. 5. Redimus ad exemplum præsens Isaianum, in quo Latini Interpretes, Vulg. Arias, Pagnin. Jun. sequuntur תו כתיב seu textuale de *Israele non congregato*, quod etiam, dispari licet sensu, sequitur Luth. *auff das Israel nicht weggerafft werde.* Nec minùs ex Interpretibus Græcis Theodotio & Symmachus expresserunt negativam, seu תו כתיב, prout Aquila תו קרי, quod est ו, quem miratus jam olim Hieronymus, quod homo eruditissimus lingua Hebraica & verbum de verbo exprimens in hoc loco, aut simularit imperitiam, aut Pharisæorum perversâ expositione deceptus sit, dum interpretari voluit: *Et Israel ei h. e. Deo congregabitur, cum verbum Hebraicum in hoc loco non scribatur per ו, quod significaret, ei: sed per ו, quod sonat propriè: non.* At certè ante Aquilam jam Chaldaus Jonathan legit per ו, & expressit marginale Masorethicum reddens per ו לחלה i. e. *ad tinsorem ejus.* Ipsi Rabbinii sive conciliant, & utramq; lectionem diverso respectu subordinant, ut scilicet lectio marginalis seu קרי referatur ad intentû: textualis seu כתוב ad obtentum divinum. Ita post Kimchium Miclal Jophi פירושו שאסף ישראל לו כלומר לעבודתו ופירוש הכתוב לו יאסף בתמורה i. e. *Expositio loci est: Deus formavit me, ut Israelem ad Deum congregem, licet quo ad textuale scriptum, exprimat per admirationem.* Miratur scilicet Deus, Israelem actu ipso non congregari. Kimchium perstringit Abarbinel כמו שחשב בתמורה אין פירושו בתמורה i. e. non exponendum est per modum admirationis, sicut

sicut opinatus est R: David Kimchi שהכה; אך עינו שעם הוורח יצרו מכטן לעבר לו כרי להשיב יעקוב והוא לא עשה כן כי i. e. sensus loci est, quod licet Deus se formaverit servum sibi, ad reducendum congregandumq; Jacob, tamen hic Jacob vel Israel non prestabit se talem, quia non revertitur ad Deum, & non congregatur ad obedientiam ejus. Dederat paulò antea talem paraphrasin in personâ (juxta Rabbinum, Iesaiâ, juxta nos Messia) Oratoris היות שזה תכלית עם נבואתו ולנת יצאה לפעול הנה עם כל זה אכבר בעיני יהוה i. e. licet finis intentus per meam Prophetiam fuerit, reducere Jacob & Israel ad verum Dei cultum, ut congregetur & adhareat Deo suo, & talis finis à me non fuerit obtentus, dum Isral non congregatur, nihilominus tamen gloriosus sum in oculis Domini, & Deus meus fuit robur meum.

Concl. 5. In judicio Theologico, cautis nobis hîc inter duo extrema incedendum, ne vel (1) pro scriptione לל nimium Zelotâ, lectionem Masorethicam, quæ est לו, Judæorum tribuamus perfidia, & quotquot pro hâc pugnant, sive Judaicarum nugarum, sive inertis ignorantiâ, sive perfide perversionis, sive labefactate omnis scripturarum certitudinis ipsiusq; scripturæ fontanæ puritatis reos pronunciemus, vel ita, hanc, quam קרי vocant, propugnemus, ut alteram quam כתוב vocant, velut planè spuriam, simpliciterq; projiciendam, expungamus: sed, ubi quidem fieri potest, sine contradictorio sensu hanc textualē illi Marginali & vetustissimæ textuali subordinemus, certè, nisi clarissima signa herminevica (quæ inter non leviter habenda est accentuatio) pro scriptione nunc textuali vocis textuali præferamus, & hîc cœtera media fontes sive קרי formalitèr, sive saltem, quoad contextum, materialitèr & מקראם consulendi, semper adhibeamus, qui e. c. in locis Jesaiâ 9. 3. 2. Reg. 8. 10. & longè pluribus pronuntiare poterunt pro קרי, salvâ tamen quædam probabili subordinatione vocis scriptæ, & textus ad eò fontani ab æquivocationis consilio, immunitate.

Concl. 6. A secundâ Classe sententiarum minus periculi. Solent  
Hh 3  
enim

enim qui pro קרי retinendo pugnant, usque adeò תו כתיב reverenter habere, ut vel in hoc aliquid *μυστηριώδης*, inculcatos scilicet à Spiritu S. duos diversos, etsi non contradictorios, sensus agnoscant, vel saltem propter antiquitatem probabilitatemq; vetustæ, licet particularis lectionis, hanc, illi, quam תו קרי insonat, reverenter submittant, quod vel ipsos Judæorum Magistros facere constabit ex notatis S. 4. Majus autem, vel maximum præjudicium à classe primâ quorum sub Hieronymi clypeo causam perorat *Sanctius* in h. l. sed parum sive *sincerè*, sive *prudenter*. Non *sincerè*, quia, si ipsi Judæorum Eximii, Kimchii, Abarbineles, Salomo Melech, imò Chaldæus ipse (quos supra citavimus S: 4.) תו כתיב seu scriptum textuale alicubi, & in h. l. Isaiano sive subintellegerunt, sive principaliter intelligi voluerunt, nullus per hoc apparet locus Judæorum perfidiæ, nisi ipsi fuerunt suæ religioni perfidissimi qui præprimis illam, quæ contra suam gentem facere poterat, expositionem urgent. Non *prudenter*, quia si in lectione Masorethicâ, quam קרי vocant, falsi fontes, falsa quoque Vulgata Pontificiisq; post Tridentinis authentica Latina editio, quam illud קרי seu lectionem Masorethicam in locis benè multis exprimere, per inductionem XV. locorum in hoc Exemplo Masoræ, jam supra probatum clarissimè dedimus, & sicilli, dum nostros oppugnant fontes, imprudenter oppugnant ipsam Ecclesiam Romanam, quæ frequenter sequitur illud קרי fontium. Neque apparet, quomodo defensores lectionis ור dici possint eripere Christianis locum contra Judæorum perfidiam potentissimum, cum non saltem ipsi Judæorum Magistri textualem lectionem contra se non militare agnoscant: sed & ultrò hanc admittant: quin nullo modo appareat, quid inde rei Christianæ præjudicii, si legas juxta קרי, *Et Ismelei (Deo) aggregabitur*. Non amplius sanè inde, quam ex Consilio, quod immediatè antecedit *de Jacobo reducendo*. *Messias se formatum jam inde ab utero dicit servum Domini, ut reduceret Jacobum ad ipsum*. Non V. C. E. *Jacob* seu *universa natio Jacobæa* est reducta ad Deum: Ab intentione ordinatâ ad executionem absolutam non V. C. sic nec V. C. *Messias se formatum dicit ab utero,*  
ut reduce-

ut reduceret Jacobum & Israel ipsi aggregetur. E. Univerſus Israel eſt aggregatus: quin potius exinde, quod ſub ratione intentionis divinz hoc Conſilium aggregationis deſcribatur, & jam ſupra Meſſias proteſtatus fuerit de ſe laborante, viresq; conſumente, fruſtra, vanè, inaniter, & ex ipſo Conſilio, diſtoq; Dei Patris ſecundo, quo Meſſias à Judæis rejectus ordinatur Lumen gentium, conſtare poterat, *Israelem DOMINO non aggregatum.*

Concl. 8. Pro ירפ ergo hoc quoque loco formaliter & principaliter concludimus, ut reddatur: Und nun ſpricht der Herr der mich von Mutter Leibe an bereitet hat, daß ich ſein Knecht ſey (nemlich) daß ich Jacob zu ihm wiederbringe und Israel (als verſtreute und irrende Schaffe) wieder zu ihm verſamlet werde. Nihil hic eripitur rei Chriſtiane. Quin poſitus ליעבר, locus primi Sakephcaton, & proportio duorum territoriorum par primo verſus, vehementer facit pro ירפ, & ipſe parallelismus (1) יעקב & ישראל 2. לוי & אליו 3. לוי & לוי. Quia tamè omnino Israel nec totus, nec maximà parte fuit aggregatus actu, proinde non obſtat ſecundarium talem conceptum (ſive hic in his verbis à Spiritu S. fuerit intentus, quod affirmare non audemus, ſive contextui accommodatus) ſubordinare, ut ſenſus ſit: Dominus formavit me ut ſim ſervus ſibi, ad reduendum, ad ſe Jacobum, & ut Iſrael ſibi aggregetur, eſt à ſe ipſo, quia congregari noluit, ſua culpà congregatus haurit eſt: & ego, non obſtante actualis hujus congregationis negatione nihilominus glorioſus ſum in oculis Domini. Certè purum כריב nec Lutherus exprimere voluit, ſine ſalvo ſenſu קרי unde maluit uſum vocis קרי Biblicum (qui, extra conſtructionem, qualis eſt in (Pſal. 104. 29.) Joele cap. 2. 10. ubi & Kimchi notavit diſtinctionem vocum קרי & קריב quod ſc. hæc ſit nonniſi הרכר המפורר ſeu rei diſperſæ: cum illa ſit מפורר, ſ. rei etiam non diſperſæ, vix alius quàm gratioſæ aggregationis eſt, etiam in exemplo mortis vid. Il. 57. 1. niſi, ubi datur expreſſa reſtrictio e. c. congregationis cum peccatoribus, qualis Pſ. 26. 9. conf. de cætero etiam Num. 12. 14. 2. Reg. 5. 3. 6. 7. 10. 14.) ſolicitare, & reddere: Aufſ das Iſrael nicht weggraffet (ſondern vielmehr zu ihm verſamlet) werde. Et ſic in realibus Lutherus utrumq; expreſſit & לוי & לוי

Junius



Junius quoque reddens: *Ue reducam Jacobum ad ipsum, cum Israel non reciperet sese, ad Deum sc. vocantem per Evangelium Christi, sensum sive Tautologiam sive contradictoriã propositione involvit. Omnino sensus tam כתיב quàm קרי Catholicus hic est, & nullum inde sive contradictionis sive æquivocationis periculum. Quod si placeat solum retinere כתיב, reddere licet: DEUS formavit | me | ab utero in servum sibi, ut reducerem ad illum Jacob, etsi omnino eorum ille Jacob vel Israel illi non aggregabitur, seu non ad illum congregabitur.*

Concl. 9. Alterum dubium de positu עבד לי מהיוהך רי נקל in v. 6. quem vel interrogativè vel admirationis modo sumunt interpretes, sive, ut referatur ad personam Messie, sive ad ejus laborem in Israel. Priori modo Junius: *Levior videris, quàm ut sis mihi servus?* Posteriori Chaldaeus: *Numquid parum?* ac si esset הנקל cum ה. פירושו בתמידה & אדעו ההמה, seu exponendum per modum administrationis. Annon mirum, adedò levem vel vilem fructum s. proventum esse tui laboris in hac gente? Paulò aliter Abrabinel: *An modicum & vile sit exinde quod sis mihi servus?* Nequaquam, Neque enim propter Judæos, nunc viventes, tuos coætaneos te ordinavi Prophetam, & servum: sed & propter futuros Israelitas, imò ad erigendum & reducendum integras tribus: & adedò ad ipsas quoq; X. tribus hæctenus nondum reductas: sed corporaliter adhuc reducendas, virtute Prophetiæ hujus refert hunc locum. Præstat simpliciter, prout litera sonat sumere, ita ut referatur illud נקל in v. 6. & dicto secundo Patris, ad dictum Filij v. 4. & quod ibi occurrat הבל תהו וריק: ut adedò Servatori excipienti ad dictum Patris 1. quo destinabatur Israhel reducendo v. 3. se in hac gente adedò levem, tenuemq; proventum sui sive personalis ministerii sive per ministerium Apostolicum officij Prophetici prævidere, ut videri possit frustra, vaneq; vires consumpturus vel in hac gente laboraturus, respondeatur hic in dicto 2. Patris. Ita quidem est: leve, vel vile, tenuisq; planè proventus exinde apparet, quod sis mihi servus in hac una gente: parumq; tanto tuo labori fatigationisq; hæc merces correspondet: cæterum, nec uni te genti Prophetam destinavi, etsi propter partem cum patribus illi primariò mittendus fuisti: quin constitui te, ut esses lumen gentium, & salus mea (seu Salvator omnium hominum) adusque fines terræ.

# MESSIAS CONFIRMATUS

promissione fructus Evangelici  
in orbe gentium,

Cap. XLIX. v. 7.

Concl. 1.

**F**uit haecenus expositum *geminum DEI Consilium*. Unum de MESSIA *ordinato servo Dei* apud Israellem, seu *Judaos*, & de *reducendo ad eum per Messiam Jacobo congregandoq;* per hunc *Isuele*, quod formaliter in v. 3. propositum, bis reassumitur in v. 5. & 6. Alterum de MESSIA *constituito, ut sit lux gentium, & salus DOMINI ad usq; fines terrae*: vid. v. 6. Ex *priori consilio* argumentatur Christus apud *Syrophoenissam* Matth. 15, 24. Ex utroq; Paulus Act. 13, 46. 47. Et fuisse quidem Christus *Lux & Servator gentium*, licet à suis fuisset *receptus*. Postquam tamen *& praecellenti* quaedam *Messiae manifestationis & praconij primitatis* Judais in pacto Dei fuit designata, & horum majore numero, *rebellio praevisa*, factum quoque tale *Ordinis* decetum, ut Apostoli, postquam Judais seipos indignos *decernentibus aeterna vita*, imò *contradicentibus & blasphemantibus*, frustra praedicaverant, *converterentur ad gentes*, qualis ordo tum ex aliis locis e. c. Deut. 32, 20. 21. Isaia 65, 2. Rom. 10, 20. 21. cap. 11, 30. 31. (ubi *Judaeorum aeterna*, vel *excæcatio*, ponitur *Misericordia & conversionis gentium occasio*) tum inprimis ex collatione loci praesentis *Isaiani*, cum Act. 13, 46. 47. clarissime constat.

Concl. 2. Duplicem hinc ponit *ordinis & praedicationis necessitatem* Apostolus. Unam, *primitatis seu primae Evangelij inter Judaeos praedicationis*. *Vobis*, inquit, *NECESSE erat PRIMUM praedicari*. Fluit illa necessitas ex consilio primo, *Messiae scilicet primaria quadam ratione destinati Judais*, s. *ad erigendum tribus Jacob, & reducendum custoditos Israelis*, (Luth. *daß verwahrloset in Israël*: quomodo & *Rabbinii* hinc habent in sensu vastitatis, s. *לשון הרבה*). Alteram consequentem, *praedicationis apud gentes, seu, conversionis ad ipsos*

Ii Genti-

Gentiles, pro quâ Paulus allegat Præceptum Dominicum: *Ita nobis PRÆCEPIT DOMINUS.* Pro quo præcepto non aliud allegatur, dictum Apostolis, quàm quod hic dictum Christo, à *Patre, constituto, ut esset Lux gentium & salus Dei ad usq; fines terræ, v. 6.* Intercedit utrobique; tam in Isaiâ, quàm in Act. 13, 45. quærela: ibi Christi de *frustrato labore, vanaq; viriû consumptione, v. 4.* hic Pauli, de *Judeorum blasphema contradictione, vid. Act. 13, 45.* Messias primario Dei consilio missus ad congregandû Israellem, postquam in hoc frustrum laborat, designatur *Lumen & Servator gentium.* Ita Prophetæ c. 49, 3. 4. 5. 6. consonat Paulus: *Neesse erat, vobis Judæis primùm predicari sermonem Dei: postquam autem vos rejicitis sermonem, & non dignos vos judicatis vitâ æternâ, neesse erat nos converti ad gentes, idq; ex speciali præcepto Dominico, quo ipse Dominus constitutus Lumen & Servator gentium, jussit nos predicare gentibus.* Ita in Actis I. alleg. Paulus, qui ad eò, prout necessitatē sui conversionis ad gentes ex hoc loco deducit: ita quoq; necessitatē illam primæ predicationis apud Judæos, ex h. l. supponit, ut ita ordinatio illa Messia ad reducendum, vel erigendum tribus Jacob, non absolvatur immediato & personali illo Messia officii prophetici in hac gente exercitio: sed ipso quoque, quod includit, ministerio Apostolico, cujus respectu Christus hic designatur *Lux gentium, & salus Dei ad usq; fines terræ, qui ad eò illuminaturus sedentes in umbra mortis, & servaturus gentes ad usq; sinem terræ, Apostolos velut ἀποστόλους & κηρυκούς ἐν παντί καὶ ἐν ἅσιν in orbem terrarû, cum instructione predicandi, baptizandi, peccata sive remittendi, sive detinendi ablegavit, testatus tamen divinam ipsius humanitatis quoq; presentiam, ut ad eò omnia Apostolorum peragerentur presentissimo toto Christo secundum utramq; naturam, & illi egressi πανταχῶς predicarent, καὶ κηρύξουσιν ἐν παντί καὶ ἐν ἅσιν, id est, Dominum cooperante, & sermonem per signa confirmante, conf. Matth. 28, 19. 20. Marci 16, 15, & seqq. Luc. 24, 47. Act. 1. v. 8. cum Luc. 2, 31. 32. & Act. 13, v. 47.*

Concl. 3. Apparet, aliam rationem fuisse ministerii illius, quo Christus ostendit se *Lumen gentium*: aliam illius personalis & immediati ante mortem, quo ostendit se *gloriam Israelis*, cui scil. soli contigit

contigit illa *Συνηγωγῆς* visibilis & obambulatio Dei incarnati, Joh. 1. 14. Act. 10, 38. sed & constat, glorificationem illam in oculis Domini, v. 5. præcipuè quidem consuetam fuisse in conversione gentium: nec tñ. defuisse in conversione Judæorum, postquam scil. Servator fuerat granum tritici mortuum adferens fructum, & ἐπαράξ καὶ τῆ δειξιᾶ τῆ ὄψεως ὑψωθῆς, conf. Act. 2, 33, 36, 37. Joh. 12, 20, 23, 24. (ubi occasione Gentilium seu Græcorum cupientium videre Dominum Jesum, Servator prædicit post resurrectionem, amplissimam conversionem gentium) conf. Joh. 12, 28. ubi Servator audit vocem Patris distinctam, unam: Jam GLORIFICAVI: alteram: & GLORIFICABO. Quia autem hæc glorificatio Messie per tantam conversionem animarum requirit ἐπέχειν ἑ καὶ ἄλλοις ἡ ἰχθῦς Dei Ephes. 1, 19. proinde apparet, & quo sensu Messias supra v. 4. dixerit: כְּחַי כְּלֹוֹרִי id est virtutem meam absolutissimè impendi, & in v. 5. glorificationi statim subjungat: Et Deus meus fuit robur meum. Atq; sic habet Oratio Isaiana de MESSIA gloria Israelis & Lumine gentium.

Concl. 4. Nec saltem illo Consilio: sed & uberrimo, splendidissimoq; in orbe gentiũ fructu Evangelico, apud ipsos etiam gentium Reges sibi promisso, confirmatur Messias v. 7. Sic enim, ait DOMINUS vindex Israelis, sanctus ejus: Reges videbunt & (reverenter) asurgent: Principes (videbunt) & (honorem religiosum testaturi) sese incurvabunt: propter DOMINUM eò quod est verax: (propter) Sanctum Israelis, qui elegit te. Applicatio, complementumq; constant ex historia conversionis gentium, ut tamen nec excludatur novissimum in novissimo die complementum, eo modo, quem designavit propheta in Christi persona jam supra cap. 45, 22, 23. & ad quem respectus Christi stantis, velut servi coram Domino, rei coram judice, Matth. 26, 64. Fundamentum autem est veritas Dei eligentis Messiam in Lumen gentium & Servatorem mundi. Dei scil. fidelitas in promissis præstandis efficit, ut ad Christum convertantur Reges, sive, quod in hoc loco voluit Hieronymus & Procopius, ut tremant ante thronum judicis, judicandi, qui fuerant iudices Messia judicati.

Concl. 5. Cæterum cui hoc Dominus vindex Israelis dixerit

an *Israeli*, an *Ecclesie*, an *Propheta*, an *Messia*, an *partim Messia*, *partim Ecclesie*? nobilis est quaestio. Et cum inter *Israelem* *Spiritualē*, & *Ecclesiam* nihil intersit, an dictū hoc de *gente* *Israhelica*, s. *Israele* *corporali*, sive, ut referatur ad *Israelem*, qualis fuit sub *Cyro*, prout meminit *Hieronymus*, & statuit *Thomas*? sive ut ad eandem gentem, qualis fuerit post *Romanorum* tempora, ex quo scilicet usque adeo contemtilis & abominabilis gens fuerit, ut *Iudaorum* sordes abierint in proverbium, ut sensus sit: licet haec gens contemtilis *Christum* *Servatorem* non admittat, non tamen deerunt *Reges*, qui libenter complectentur & adorabunt *Christum*. Facit pro hac æquē ac alterā de *Ecclesia* explicacione, *Versio* *Vulgata*: Sic dicit *Dominus* redemptor *Israel*, *Sanctus* ejus, ad contemtilē animam, ad abominatam gentem, ad *Servum* *Dominorum*. Ita & *Versio* *germ*: Zu der verachteten Seelen/ in dem Boick/ des Mann grenel hat/ in dem Knecht/ der unter den Tyrannen ist. Contra in fontibus est (1) לְבוֹרָה נַפְשׁוֹ, id est, illi, quem contemnit anima ( unusquisq; ) qui est כּוֹוִי vel נְבוֹרָה, seu contemtus ἐξδερνυμῶς unicuiq; (2) לְמַתְעַב גּוֹי. Non dicitur לגוֹי מַתְעַב vel לגוֹי מַתְעַב genti abominata: sed לְמַתְעַב גּוֹי i. e. מַתְעַבֵּי גּוֹי i. e. illi quem gens, ( *Judaica*, in qua laborasse se queritur לְהַבִּיל לְרוּחַ לְהַבִּיל id est, frustra, vanē, inaniter ) abominatur. *Benè* *Theodot.* *Aquila*: qui abominationi est genti.

*Concl.* 6. Apparet de uno individuo, à *DOMINO* singulariter ad functionem excellentissimam electo hic sermonem esse, quod non nisi *MESSIAM*, contextus hactenus adeo clarē designat, ut ne quidem mereatur *Πῆρξιν*, quicquid affertur alienioris interpretamenti. Quomodo de cætero quædam, quæ hic dicuntur de *Christo* *Capite*, intelligi simul possint de mystico *Christi* corpore & in tali accomodatione ad *fideles*, *Christo* *Κυμνία*, & secundū excellentiam de *Apostolis*, qui velut ἀεὶ ἀθάνατοι καὶ πάντων τοῦ Ψῦχος & judicati, adeo ut omnis, qui interficeret eos, arbitraretur obsequium se præstare *DEO*, ex tot *Christi*, *Apostolorum*q; concionibus in propatulo est. Sed de tali materiali subordinatione, si accomodatione solliciti non sumus. *Probandus* *Hieronymus*, in

COM-

commentariis omnia ad Christum referens, qui passionis maxime tempore contemptus, à Davide *vermis, opprobrium spectantium, abjectissimus in plebe*, ab Isaia *despectus & novissimus virorum dictus*, à Judæis, Samaritanismum, imò cum Diabolo *syncretismum* objicientibus, abnegatus & velut per *Beelzebub ejiciens Diabolos*, aliisq; convitiis notatus (quin eidem genti quotidie in synagogiis execranti nomē Serratoris etiam nunc *abominabilis*) non aliter à Synagogæ Principibus Pontificibus, Herode. Pilato tractatus fuerit, ac vile mancipium à potenti Domino, & ad eò tunc fuerit *servus Dominorum*, et si revera Dominus Dominorum.

## MESSIAS EXAUDITUS

tempore accepto salutari seu Evangelico, ob quod  
 complementum votorum Messia cantant  
 cœli, exultat terra

c. XLIX. à v. 8. ad 14.

## Concl. I.

Consequens MESSIAE constituti in lucem gentium, & salutare Dei *Cadusq; fines terra v. 6.* fuit conversio gentium, ipsorumq; Regum & Principum, futura, tempore præconii Evangelici seu ministerii Apostolici v. 7. Hæc ipsa autem effectus fuit precum Christi, & signum Christi precatoris *exauditi*. Inde jam immediatè sequitur illud in v. 8. Sic ait Jehova: *Tempore beneplaciti* (accepto, vel benevolentia) *exaudivi te* (certissimè exauditurus sum te) & *in die salutis auxiliatus sum tibi* (certissimè tibi sum auxiliaturus) At quis ille *ex auditus & adjutus*? Et quodnam illud felicissimum *beneplaciti, salutisq; tempus*? De primo iudicium facile ex coherentiâ textus tum antecedente, scil. qui *constitutus lux gentium: salutare Dei Catholicum v. 6.* Coram quo à Deo electo religiosè incurvantur gentes, imò *gentium Reges v. 7.* tum concomitante sc: qui *constitutus est in fedus populi v. 8.* tum consequente, qui est causa vel autor liberationis spiritualis: *educator* sc. vincitorum *ex statu tenebrarum*, educatorumq; *Ductor* potentissimus & benignissimus à v. 9. ad 13. ob quam liberationem *caelis terraq;* imperatur jubileum Canticum v. 13. quæ omnia

ostendunt  $\text{ἸΝΟΝΤΙ ΝΟΥ}$  seu subiectum illius passivæ *exauditionis* & *auxiliationis* non esse formaliter & in sensu literali vel Israellem, vel populum seu Ecclesiam: sed solum Christum. Alterum autem clarissimè pariter ostendit contextus. Sc. tempus beneplaciti fuit tempus *vocationis* Judaorum, & postquam in his ferè frustra laboravit Christus, *illuminationis gentium*, *conversionis Regum*, quo ab aquilone & occasu, & ex ipsâ terrâ Sineorum ad Ecclesiam numerosæ gentes concurrunt vid. v. 4. 5. 6. 7. 11. 12. & adeò respectus literalis ad felicissima tempora Evangelica.

Concl. 2. Sed & idem magnâ voce designat Paulus, allegato huic loco 2. Cor. 6, 2. statim subjungens: *ECCE NUNC est præstitutum illud tempus acceptum! ECCE NUNC est dies salutis!* Fuit ergò tempore præconiî Paulini, tempus illud acceptum, quo ad eò, & recipienda erant, quæ amplissimè offerebatur, *divina gratia* ἡ χάρις ἡ σωτηρία, & inprimis id agendum, monitoribus Apostolis, ne frustra quisquam illam recepisset gratiam τὴν πνευματικὴν seu erudientem, ut abnegatâ impietate vivant Christiani  $\text{ἠπαρτήσαντες, δικαιοσύνην ἔχοντες}$ , Tit. 2, 11. quo respectu Paulus hoc aureolum Isaianum allegat & accommodat. Fuit tempus  $\text{ἸΣΡ}$  jam inde à nocte natali Servatoris, intimantibus illud Angelis personantibusq; ἐν εὐδονίᾳ. Fuit tempore Christi baptizati, clamante patre, Filiumq; designante  $\text{ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ}$  Math. 3, 17. Fuit tempus *mortis Christi*, quando seipsum tradidit pro nobis oblationem & victimam Deo, in odore bonæ fragrantie Eph. 5, 2. quod pretiosissimum Messie sacrificium *benevolentie Dei Patris* hominibus accommodandæ seu ipsius  $\text{ἸΣΡ}$  fuit medium, in Scholâ Leviticâ sacrificiali adumbratum conf. Lev. 1, 3. 4. Fuit inprimis totum illud inter Servatoré Deum in carne manifestatum & absolutum præconiû Evangelicum œcumenicum Matt. 24, 14. intervallum, in quo illud *εὐδονίᾳ* divinæ mysterium (de quo ex professo Paulus Ephel. 1. 4. 7. 9. 11.) clarissimè patefactum, & opere ipso in orbe inprimis gentium est declaratum consumatumq; unde &  $\text{ὁ κενός ἐστιν ὁ οὐρανὸς ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα}$  ibidem meminit Apostolus Eph. 1. 10. ad quod tempus præconiî Apostolici post

ei post ascensionem Christi, inter gentes, principalissimus hic directusq; Prophetæ, monente Paulo, respectus est. Tempus aded, quo Deus Pater hoc loco promittit se *exauditurum Christum*, i. e. completurum vota precesq; Christi, & magnos gentium conventus, quod desiderabat Christus, ad Ecclesiam adducturus, fuit illud quod ascensionem Christi consecutum est, & in quo tunc Paulus versabatur, Ad quod aded tempus etiam antecedentia & consequentia hujus loci Isaiani referenda esse, res ipsa docet. Neque aliter Ambrosius, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, Lirani, qui & de Christo intelligunt, & ad hæc N. T. tempora referunt, ut nec audiendi sint ex Judæis, qui de *Israele disperso* nunc, exaudiendo tempore futuræ revelationis Messia explicant. Illud tamen benè, quod tempus hoc acceptum ad tempora Messia referant.

Concl. 3. Sed non minus illustris est quæstio de precibus seu votis Servatoris & horum *exauditione*. Exauditio enim supponit preces in exaudito. Equidem Filius precator semper exauditur à Patre Joh. 11. 42. & exauditus quoque est in cruce precator & pro seipso & pro aliis *cum clamore valido & lacrymis* Hebr. 5. 7. Luc. 23, 34. 46. Matt. 27. 46. *Exauditus precator suæ glorificationis* Joh. 17, 1. 5. Cæterum *exauditio illa precum*, complementumq; *votorum Christi* pro salute hominum, non tam plene apparuit, illarum precum CHRISTI tempore, quàm jam inde à resurrectione, vel ascensione, quando in ipsâ gentium conversione (ad quam in hoc tempore placito proprius est respectus Prophetæ) publicè constitit *exauditum Christum* precatorem pro Judæis, & gentibus. Illud ergò Christus precatus est, in quo tunc exauditus est. At in conversione gentium, & illo ipso, quod *Reges* etiam Christo ad dextram Patris exaltato reverenter *assurgerent*, & *Principes honorem habentes sese incurvarent*, tunc apparuit Christum exauditum E. Minor constat & ex Isaia sic prædicente v. 7. & ex Paulo complementum designante per duplicatum NUNC, NUNC. Scribebat autem Paulus ad Gentiles, & aded tunc *tempus placitum*, tunc *dies salutis Gentium* fuit, & ipse *Christus declaratus tunc exauditus*, tunc adjutus.

Concl. 4. Prout autem CHRISTUS precator fuerat, & (1)

pro



*pro seipso, & (2) pro populo seu salute hominum, vid. de (1) Joh. 12, 27. Matth. 26, 39. 42. (errant enim, qui in calice, quem Dominus in horto prelator est deprecatus contentam statuunt non nisi Iudæ proditionem, discipulorū scandalum, rejectionem Iudæorum, everfionem Hierosolymorum) Luc. 23, 46. Act. 2, 27. Heb. 5, 7. vid. de (2) Luc. 23, 34. Joh. 17, 20, 21. ita exauditus quoque est, pro seipso, unde statim in Propheeta sequitur v. 8. וְאִנִּי, id est, Et custoditurus sum te, & exauditis pro populo, unde statim additur וְאִנִּי לְבְרִית עוֹלָם, id est, Et positurus sum te in fœdus populi, i. e. Ut prout in tuo sanguine sancitum est testamentum, mundusq; Deo reconciliatus, ita virtute illius testamenti, nunc recipiantur in populum Dei velut Confœderati, Gentiles olim Athei, à Testamentis alieni, conferatur locus Eph. 2. v. 11. 12. 13. 14. 15. Consequentia hujus positus in fœdus, proponuntur hereditas possessionum de solatarum (explicationem vide Ps. 2. 8.) educatio gentilium è vinculis Satana & potestate tenebrarum ac communicatio saluberrimorum doctrina cœlestis pascurum v. 9. imò copiosissima suppeditatio omnium cœlestium bonorum & remotio omnium felicitatis spiritualis obstaculorum v. 10. 11. Amplificatio Ecclesiæ per consuxum gentium ex 4. plagis orbis v. 12. Symphonia jubilea cœlorum cantantium, terra exultantis, montium vociferantium, eò quod Dominus consolatus est populum suorumq; pauperum miserum v. 13.*

### QVERELA SION.

*Ies. c. XLIX. v. 14. ad 22.*

#### Concl. I.

**I**ndictioni jubilorum opponitur qverela Sionis non tantum non incipientis illud ex concursu Juventutis Evangelicæ, ex remotissimo oriente, Aquilone, Occasu, & terrâ Sinim meridionali v. 12. suboriturum gaudium: Sed & desertam se oblitamq; à Christo miserè lamentantis: quam adeò blandissimâ venustissimâq; impossibilis oblivionis ac desertionis contestatione, infiniti item memorialis ac splendidissimi ex numerosâ juventute vel sobole Evangelicâ ornamenti promissione recreat. Intelligenda autem Sionis hieroglyphico Symbolo vel vocabulo, non Ecclesia omnium temporum, nec Ecclesia vetus Judaica, sive sub captivitate Babylonica, sive pro-

xima

xima post Babylonica: sed ipsa novella Christiana, temporibus Messiae *מלכותו* inter homines proxima, nullis tunc praedictae felicitatis & cumuli gloriae, multis miseriae signis & persecutionibus jam inde à Stephano conspicua, & afflictissima, quae tunc flebilem illam elegiam potuit intonare: *Dereliquit me Dominus.*

Concl. 2. In Sione populum Judaicum, sive, ut in captivitate Babylonicâ detentum, sive, ut nunc inter populos (quod praedixerat Hosea c. XI. v. ult.) dispersum, intelligunt & vetustissimi, & posteriores commentatores Judaeorum Magistri, quarum explicationum prior, quatenus Ecclesia Judaica sub Cyro Babylonicis laebris educta, initio nullo insigniori adeo Confessorum numero conspicua, postea vehementer amplificata, typus fuit Ecclesiae circa felicissima Messiae tempora, ex humilioribus originibus, & Confessorum gente terè Judaeorum e. c. Apostolorum, aliorumq; Discipulorum minoribus numeris, enatae ac incomparabiliter amplificatae, toleranda: posterior simpliciter est repudianda. Non habet praesens Synagoga Characteres illius Sionis. Non est, nec esse potest Deo in delitiis, & *inscripta manibus divinis*, quae non alio nunc est affectu in Messiam Domini, quam illa Antecessorum, qui *Dominum Jesum, & proprios Prophetas occiderunt, Deo non placentes & omnibus hominibus adversantes, qui prohibuerunt Apostolos gentibus loqui, ut serventur, ut semper complerent peccata sua: quos adeo occupavit ira Dei ad extremum usque.* 1. Theff. 2, 14. 15. 16. Nec promittere adeo in sensu composito sibi potest, illa quae Sioni hic promittuntur, ornamenta vel incrementa. Prior ergo applicatio Patrum quoque est, & hos inter Hieronymi (qui tamen sic interpretatus est de terrenâ Jerusalem captivâ, vel post captivitatem renovatâ, ut non negaverit sensu mystico agi hic de Nov. Test. Ecclesiâ) Augustini, magniq; Patrum numeri, licet hi ferè de Ecclesiâ sine addito communiter interpretentur, cum Hieronymus non nisi de *Ecclesia Judeorum fidelium.* Ultramq; sententiam conjungit Sanctius, ambiguus inter explicationem *de Jerusalem captivâ, & Ecclesiâ N. T. Christiana.* Omnino autem posterior explicatio à

Propheta hic fuit intenta: cumq; Sion illa seu novella Christiana præcipuè tunc constaret, prout solis Doctoribus Judæis; ita & Confessoribus Judæorum fidelibus, haut apparet inter Patres cæteros & Hieronymum tantum hic discriminis.

Concl. 3. Illa hic intelligenda Sion est, quæ collecta ex illâ gente, in quâ Messias personali etiâ ministerio ad eò *laboravit*, & imprimis *glorificari* voluit, etsi majore numero frustra vid. v. 3. & 4. Illa Ecclesia, quæ, cum non haberet correspondentem Messia labori & virium consumptioni congregationē Judæorum, amplificanda erat per illuminationē & conversionem gentium, ipso Messia *constituito*, ut esset *lux gentium* v. 5. & 6. & in his quoq; precibus exaudito promissionibus de *assurrecturis Regibus*, de *confluxuris* ex 4. orbis plagis *gentibus*, de *celi terræq; concentu*, *Musicaq; jubileo* confirmato vid. v. 7. 8. & seqq. adusq; v. 13. quæ ad exemplum Christi respectu parvorum initio proventuum clamantis: *Frustra laboravi* v. 3. pari respectu suæ initio sterilitatis & confessorum paucitatis, clamat: **DOMINUS me dereliquit** v. 13. quæ proinde non alio magis confirmatur argumento contra querelam divinæ *derelictionis* vel *oblivionis*, quàm quo Christus ipse contra querelam *frustrati* in gente Israeliticâ tanti *laboris* sc. promissione Conversionis gentium, & per hanc glorificationis, seu amplificationis Conf. v. 6. 7. 8. 9. 12. cum v. 18. 19. 20. 21. unde & prout in hoc capite adusq; v. 14. sunt firmamenta *querentis Messia*: Ita à v. 14. dantur firmamenta *lamentantis Sionis* seu Ecclesie illius primæ Christianæ, & quoad præcipuos Confessores, Israeliticæ. Sic pulcherrime lacrymæ Sionis referuntur in ipso etiam temporum rationario ad lacrymas Christi Hierosolymitanas Luc. 19. 41. & clamor Sionis de se derelictâ & oblitâ in v. 14. ad illum Christi de se *frustra laborante*. Quin hoc ipsum lacrymas expressit Sioni, quod ad eò *fatigante seipsum*, ad eò *robur omne consumente*, in suâ gente Domino, tam pauci apparerent Sionis ex propria gente Filii, ut subire posset cogitatio de derelinquendâ se vel jam derelictâ & oblitâ à Domino. Contra quam tentationem confirmatur tum *Chirographa Sionis* divino, velut impossibilis oblivionis & infiniti *memorialis* hieroglyphico, tum illo copiosa juven-

ventatis vel sobolis ex orbe gentium advocandæ, argumento, quo jam supra confirmatus ipse Christus.

Concl. 4. Summa querela Sionis, & ipse planctus Turturis exprimitur patheticâ brevitate, nec sine prædicatorû gradatione. *Dereliquit me Jehovah. Imò (non dereliquit solum: sed & planè) Dominator oblitus est mei.* Habet instar mariti non saltem dereliquentis uxorem: sed & penitus obliviscentis. Potest scil. quis *derelinquere*, cujus tamen nondum *obliviscitur*: at si derelictionem sequatur totalis & constans oblitio, hæc jam vehementissima est desperatæq; gratiæ derelictio.

RESPONSUM DEI I. datum Sioni à v. 15, ad 21.

Concl. 1.

Mirum autem, quod in responso DOMINI silentium de *derelictione*, nec confutata Sion quoad querelam *derelictionis*: sed tantum *oblivionis*, cujus adeò solius triplicatur vocabulum scilicet (1) Si ne quidem mater terrestris *obliviscitur* suæ sobolis, ut non misereatur Filii uteri sui. E: multò minus Jehovah Adonai obliviscetur Sionis. Sed. E. Minor, ob fundamentum storgæ naturalis impressum, propter repugnantiam. Physicam tam certa visa Prophetæ, ut exclamaverit illud: **כַּשְׁחָה**, id est, *An obliviscetur?* vel etiam, suppositis illis storgis naturalibus, *an oblivisci possit?* Quia tamen oblivionem intercedere inter matrem & Filium uteri non erat absolutè impossibile, proinde addit (2) Etiam si hæc vel illæ *Matres Filiorum*, vel Filii uteri Matrum *oblitura* essent, vel *oblivisci possent*: tamen EGO NON OBLIVISCAR TUI. Quid ergo? Anfortè Sion revera tunc fuit *derelicta*: sed non *oblita*? Sanè clarissimè Deus in Propheta e. 54. 7. concedit se *ad momentum parvum dereliquisse* Sionem: sed addit: *miserationibus magnis congregabo te.* Sicut ibi *derelictio & faciei momentanea abscondio* non obstat prolixæ *miserationi* divinæ: ita nec h. l. *memoria flagrantissima.* Prout tamen *oblivionis* in *Matre* negatio, conjuncta est cum *intima miseracionis* exercitio, quod stare non potest ordinariè cum *derelictionis* Consilio: ita & *oblita* Sionis negatio, constare non potest cum *realis derelictionis* proposito.

Kk 2

Si Deus

Si Deus in dilectione Sionis omnem p̄ matris affectum curamq; transcendit. Hæc autem non potest dememinisse: nec volens derelinquere. E. & Deus non saltem *non potest oblivisci*, sed nec *derelinquere* penitus Sionem sibi præsentissimam, quippe quam ut semper in conspectu esset, *in manibus sculpsit*, & cujus Sionis externâ specie humiles despectiq; muri, & misera, quâ vexatur & oppugnatur ab hostibus, *conditio, jugiter sunt coram Deo* vid. v. 15.

Concl. 2. Notetur jam pulcherrima per *ἀντίθεσιν* correspondentia Sionis lamentantis & Dei consolantis. Queritur illa, se extra gratiosam providentiam & memoriam Dei habentis apud se instat mariti non *dereliquentis* solum uxorem miseram: sed & *obliviscentis*, & omnem de reversione cogitationē abjicientis. Respondet Deus: Tantum abest ut habeam instar mariti *deserentis* & *obliviscentis*, ut potius in te parvulam mihi sobolem habeā instar benevolentissimæ & sollicitissimæ Matris nec *obliviscentis*, nec voluntariè *dereliquentis*: sed intimè miserantis, blandissimèq; curantis *uteri sui Filiolum*, quia non saltem non magis *oblivisci* possum Sionis, quàm misericors *Mater tenera sobolis*: sed &, *si daretur oblivisci Matres filiorum*, tamen non ego *oblivisci possem Sionis*. Tantum abest, ut sis extra meam memoriam & gratiosam providentiam, ut potius & tu sis *in sculpa* mihi *in manibus*, & *muri tui*, quos & Diabolus & hujus satellites Sionis hostes semper oppugnant, *jugiter mihi sint in conspectu*. Minutiùs excutienda hic fuerint sanctissima Hieroglyphica sc. 1. *Ecclesia in Sione*. 2. *Sionis* in infante s. *Filiolo uteri* in *infantili ætate* (qui sc. propriè appellatur *Ἰω*) in quem molliorem annis & viribus eò magis affectus Matris descendit. 3. *Christi & Dei*, non in marito: non in Patre: sed, in indulgentissimâ Matre, foetum in uterò onerosâ sollicitudine gestante, dolorosè enitente, recens natum non saltem non vel relinvente vel obliviscente: sed & blandissimè amplectente, fovente, curante. Comparanda hic *viscera misericordie Dei proprio Filio non parentis*: sed *pro nobis omnibus in mortem tradentis* & *cum Filio nobis omnia tradentis*: comparandus affectus Christi laborantis, servientis, vires omnes consumentis, dolores inexplicabiles ipsamq; mortem crucis sustinentis, & sic in ipsâ cruce dolorosè  
Sionem

Sionem enitentis, cum affectu visceribusque *Matris*, & constabit, quomodo non solum, quæcumque piensissima Mater facit & patitur propter filios, eadem Christus quoque crucifixus, felle potatus & in ipso inprimis partu *μερίλυπτος*, & fecerit & passus sit propter Sionem: sed & quomodo omnem *πλωσλάγγυα* *Matris* miserationem affectumque longissimè transcendit. 4. Hieroglyphicum *Memoria divina*, significatæ *sculptura*, & hac non in annulo, vel lamina: sed in ipsis *manibus*, seu *palmis*, non atramento, quod facillè diluitur & vanescit, nec calamo, qui in summâ saltem cute Chirographi notas depingit, inscriptis: sed e. c. per *clavorum* sculpturam transverberatis, per impressa *stigmata*, & palmarum foramina incisus, æternis & summis dilectionis Christi erga Sionem monumentis, ad quam sculpturam palmarum mensurandam Thomas protestatus se non crediturum, nisi videret in *manibus Christi vestigia clavorum*, & immisso digito contrectaret illos *clavorum typos* admissus, Christo dicente: *Infer digitum tuum huc & vide manus meas*, & non esto incredulus: sed credens. Joh. 20. 25. 27. Nec in exemplo luculentiore vel sanctiore dare licet vim vocum *כפיים* seu *palmarum* & *כפיים* i. e. *per sculpturam quasi incidi, vel firmiter impressi* se.

Concl. 3. Quam autem Sion illa, in tantâ Filiorum orbitate, se derelictam conquesta, blandissimè per magnificas promissiones futuræ suæ gloriæ de memoriæ divinæ, sculpturæque palmarum præsentia contra illâ derelictionis & oblivionis tentationem confirmatur? Sc. (1) ponitur obstaculorû gloriæ Sionis remotio v. 17. *Festinantibus scil. Filiis Sionis* (Luth. *Denne Baumeister werden eilen*; ac si esset *כפיים* cum sit *כפיים* ut tamè ad sensum subordinatio facilis, & hi ipsi *Filii destructoribus* oppositi, omnino fuerint *structores & Architecti*, tales sc. qualis Paulus 1. Cor. 3. 10.) *exeunt destructores & vastatores Sionis*. Bene Luth. *Denne Zubercher und Verstorer werden sich davon machen*; aliter scil. h. l. sumendum, quam Nachum c. 1. 11. ubi bene Luth. *der Schwelgerath lome von dir*. Licet enim *destructores & vastatores Ecclesie* non semper sint *Lupi* foris ingressores: sed & ipsi *domestici*, ipsi *Matris Filij*, maximi sæpè sint *Sionis hostes & perturbatores*. Cant. c. 1. v. 6. Act. c. 20. 29. 30. h. l. tamen non describuntur illi *destructores* resp. originis, unde processerint:

sed finis, quod scilicet filijs Sionis festinantibus ad intrandum, ipsi sint aggressuri, & festinè perituri. Idem vult. vers. 19. *Procul proficiantur qui absorbebant te.* Promittitur (2) Sionis ex obscurâ, in sponsam venustissimam, ex sterili in Matrem fecundissimâ, ex angustâ (arctisq; inclusa spatiis) in amplissimam, Catholicam, ex orbâ & solitaria in augustam, ab augustissimis Regibus & Reginis & fovendam, & reverenter honorandam, sublimis & admirabilis amplificatio, vel exaltatio: quæ omnia partim per hypotyposin Rhetorico Prophetica repræsentantur v. 18. 19. 20. partim in Dialogo inter Sionem sponsam, tantâ Sobolis Evangelicæ coronâ fulgidissimam, suosq; ad eò numeros mirantem v. 21. & Christum totum illud mysterium gloriæ Sionis magnifico rotundoq; responso clariùs explicantem v. 22. & 23. pulcherrimè designantur.

## RESPONSUM DIVINUM II.

De Principio, modo, gradu SIONIS amplificandæ,

V. 22. 23.

Concl. I.

**Q**uerelæ Sionis: *Sum orbis & solitaria*, respondit DOMINUS v. 18. *Attolle oculos tuos, & vides isti omnes congregantes se accedunt tibi.* Promittitur ex orbe gentium tantus Ecclesiæ novellæ Filiorum numerus, ut ipsi Sionis Filii cum Matre Sione de loco nimis angusto sint expostulaturi, & dicturi: *Angustus est mihi hic locus: retrocede mihi, ut habitare possim* v. 20. quæ repræsentatio Rhetorica quàm venustè infantilem N. T. Ecclesiam solis ferè Judæis, & Judææ limitibus æquè ac illa V. Test. Ecclesia, contentam, distingvat ab eadem adultâ, non angustis Judææ: sed amplissimis orbis terrarum spatiis, nec solis Judæis: sed & converfis undecunq; ex mundo gentibus conspicuâ, facile constar. Promittitur Sioni de suâ gente usque adeò tenues numeros ostendenti, Ornamentum floridissimæ ex Gentilitate Sobolis, quo velut Sponsa, sit coronanda. Prout scilicet ornamenta Matrum liberi sunt: Ita corona Sionis Matris, Confessores Filii: nec alia cura Doctorem, quàm, ut sint Pronubi, Paranymphi, qualem se confessus Iohannes Baptista Joh. cap. 3, 29. qualem Paulus Galat. 4, 19. cui adeò, quos per Evangelium genuerat, Filii, gaudium & corona sunt appellati Phil. cap. 4, 1. 1. Thess. 2, 19. Nec verò promittitur solùm Sioni: sed &

*Juramentum.*

*Iumento per sempiternam Dei jurantis vitam confirmatur amplificatio, vid. v. 18. ut adeò articulus de vocatione & conversione gentium sit juratum mysterium, conf. jam Ephes. 3, 5. 6. 7. 8.*

Concl. 2. Atque uti, quàm unice illud mysterium divitiis gratiæ imputandum, planissimè constaret, repræsentantur à Prophetâ, ipsa Sionis, ut atronitæ enthymemata duplici interrogatione, 1. *Qvis sibi Sioni scilicet, orbe, solitaria, fugitiva istos genuerit? 2. Unde illi Filii provenerint, quos ipsa sola, derelicta hæcenus non agnoverrit? v. 21. quibus adeò Ἀποστολῆς, & dubiis mentalibus, (2) responderet nunc Deus in v. 22. & 23. designans (1) Autorem: Ego, DOMINATOR DOMINUS יְהוָה יְהוָה, Ego gentes adducam, Ego Sioni illa ornamenta apponam. (2) MODUM: Ego manum meam, vexillum meum ad gentes populosq; effecim, ad quod vexillum elatum, tantus dabitur confluxus Ecclesiæ militantis Filiorum, filiarumq;, ut in Ulnis, vel lacerto afferantur, vel super humerum portati adducantur, v. 22. Pulcherrimè Sioni orbam oblitamq;, se querenti v. 14. 21. non ornamentum solum apponitur v. 18. sed & terribile quoddam majestatis firmamentum, quo scil. constaret, ita Ecclesiam pulchram decoramq;, ut simul esset futura terrificâ, sicut castus vexillifera, Cantic. c. 6. 1. Inde ergò quod metaphora Castrensi describitur hîc amplificatio Sionis. Deus ipse velut Generalissimus Imperator elatâ manu in ministerio præconiog; Apostolico, toto orbe sonoro, effert pericam, in quâ signum est Messias crucifixus & exaltatus, in serpente, quem Moses olim extulit in pertica Num. 21, 8. adumbratus, ad quod signum delictus habentur Christianæ fidei Tyronum, Ecclesiæ Filiorum, & congregantur Aquila, sine Sexus discrimine, unde mentio fit, Filiorum & Filiarum, sine ætatis exceptione, & obstaculi objectione, unde adducuntur etiam lacertis, securè portantur super humeris, ne quæ censeatur ætas impar vel defutura regno Christi. Designat 3 Gradum. Gentes, populi, filij, Filia, pueri, innuptæq; puella concurrunt, apportantur humeris atque lacertis, v. 22. Imò ipsi REGES fiunt NUTRITII SIONIS, & ipsæ PRINCIPES AUGUSTÆ REGUM fiunt NUTRICES SIONIS (In fontibus PRINCIPES sunt in genere fœminino, imò PRINCIPES illorum scilicet REGUM Conjuges Augustæ, cui etiam sexui in formâ fontium correspondet pulchrè prædicarum, ut adeò שְׂרָרָה וְיִהוָה*



יְהוָה in formâ reddendum: *Jhre/der Könige/ Fürstl. Gemähl-  
nen/ werden Stone Säugammen seyn/ ) Reges vultu demisso, in terram  
usq; sese incurvant, & pulverem pedum Sionis Matris lingendo reveren-  
tiam Christo Ecclesiæ Domino præstant, supplicesq; testantur, & sic  
experitur Sion, CHRISTUM esse leboram, quem quicumq; expectant non  
erubescunt, v. 23.*

## RESPONSUM DIVINUM III.

*De Prædâ auferenda robusto. c. 49. v. 24. 25. 26.*

S. I. **M**agnum, liberare prædam ex ore Leonis: majus, Israelem  
Babylone: sed longè maximum, animas Gentilium eripere  
Diabolo robusto prædatori, tenebrarum principi, pertinacissimo deten-  
tori. Inde ergo *Dialogus*, in quo Sioni interroganti, חַיִּי אֵלֵינוּ i. e. num-  
quid auferetur? אֵלֵינוּ נִמְלֵךְ num liberebitur? Respondet DEUS (1)  
חַיִּי אֵלֵינוּ 2. יְהוָה. Detinebatur sc. multitudo gentium promissa v. 18. 21-  
22 velut præda sub robusto, & videbatur liberatio gentium tantò mi-  
nùs speranda, quantò magis respectu judicii divini erat שְׂבוּ צָרֵיךְ  
i. captivitas justis, ipsius justitia divina vel ut principalis detinentis. Ipsa  
præterea Sion patiebatur impulsore Diabolo à Tyrannis & persecutori-  
bus, ut mirum videretur, afflictæ adeò Sioni adhuc incrementa tanta  
promittere per conversionem gentium. Utriq; tentationi opponi-  
tur firmamentum in responso divino. Illi v. 28. *Omninò captum vel  
præda, robusto terribili per robustiorem (Christum) eripietur.* Huic v. 26.  
& 27 & quidè resp. tùm Filiorum Sionis servandorum, tùm hostium con-  
tentiosorum & oppressorum, reciproco supplicio perdendorum, ut sc.  
qui hæcenus pasci fuerat carnibus Sionis & sanctorum inebriati sangui-  
ne, nunc velut rabidi canes, vel prout illi veteris Sionis hostes Jud. 7. 22.  
1. Sam. 14. 20. 2. Chron. 20, 22. districtis in seipos gladiis, pœnas  
sumant illatæ Sioni cladis, & impeditæ amplificationis, atq; ita com-  
edant suam ipsorum carnem, & sanguine suo velut musto inebrientur. Con-  
sequens utriusq; est experimentum Catholicum Dei, tum ut Servato-  
ris, quatenus Filios Sionis servat, tùm ut אֵלֵינוּ seu Vindicis, quatenus ean-  
dem per tremenda de ipsis hostibus supplicia vindicat. v. 26. Comple-  
mentum hujus Prophetiæ formale non est in Sione veteri captivâ sub  
Babyloniis, & in his divinitus judicatis: sed in Ecclesiâ N. T. primiti-  
vâ, & hujus hostibus, Tyrannis illis ac persecutoribus, quales adusq; Con-  
stant. Magnum, fuere Cæsarum plures, & immediati inprimis  
Antecessores.









ORATIO IV.

*Iuramento per sempiternam Dei jurantis  
 catio, vid. v. 18. ut adeò articulus de voc  
 um sit iuratum mysterium, conf. jam Eph  
 Concl. 2. Atque uti, quàm unice  
 riæ imputandum, planissimè constaret  
 ta, ipsa Sionis, ut atronitæ enthymemat  
 Qvis sibi Sioni scilicet, orbe, solitaria, fugi  
 alli Filii provenerint, quos ipsa sola, der  
 rit? v. 21. quibus adeò אלהינו פוּס, & d  
 det nunc Deus in v. 22. & 23. designans  
 NATOR DOMINUS יהוה יי אלהינו, E  
 illa ornamenta apponam. (2) MODUM  
 lum meum ad gentes populosq; effemm, ad q  
 dabitur confluxus Ecclesiæ militantis Filii  
 vel lacerto afferantur, vel super humerum p  
 cherrimè Sioni orbam oblitamq;, se quere  
 tum solum apponitur v. 18. sed & terrib  
 mamentum, quo scil. constaret, ita Eccle  
 simul esset futurum terrifica, sicut castris vex  
 ergò quod metaphora Castrensi describi  
 Deus ipse velut Generalissimus Imperato  
 præconiog; Apostolico, toto orbe sonori  
 gnum est Messias crucifixus & exaltatus, in  
 lim extulit in pertica Num. 21, 8. adumbr  
 dus habentur Christianæ fidei Tyronum  
 gregantur Aquila, sine Sexus discrimine,  
 & Filiarum, sine ætatis exceptione, & obsta  
 cuntur etiam lacerto, securè portantur supe  
 ætas impar vel defutura regno Christi. De  
 puli, filij, Filia, pueri, innuptæq; puella conc  
 ris atque lacertis, v. 22. Imò ipsi REGES s  
 ipsæ PRINCIPES AUGUSTÆ REGUM  
 (In fontibus PRINCIPES sunt in genere f  
 illorum scilicet REGUM Conjuges August  
 fontium correspondet pulchrè prædicatu*

natur amplifi  
 erfione genti  
 m divitiis gra  
 tur à Prophe  
 rogatione, r.  
 erit? 2. Unde  
 non agnove  
 s, (2) respon  
 Ego, DOMI  
 am, Ego Sioni  
 meam, vexil  
 latum, tantus  
 s, ut in Ulnis,  
 ur, v. 22. Pul  
 non ornamen  
 majestatis fir  
 decoramq;, ut  
 c. 6, 1. Inde  
 acatio Sionis.  
 in ministerio  
 am, in quâ s  
 m Moses o  
 ignum dele  
 rum, & con  
 fit, Filiorum  
 , unde addu  
 va censeatur  
 m Gentes, po  
 tantur hume  
 I SIONIS, &  
 ES SIONIS  
 PRINCIPES  
 xui in formâ  
 שררות יהוה

